ODO LUCENSIS. FLORUS LUGDUNENSIS. GUALTERUS DE MAURITANIA. SENTENTIAE. HUGO DE SANCTO VICTORE

Waldsassen (Oberpfalz) (?), Ende 12. Jh. Seite 49v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=460
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tanto magis pene timor decrescit. Si autem sola sit dilectio sit
filialis et caritas quae permanet in secula seculorum. Constat itaque quod timor
initialis non est sine caritate. non dico perfecta sed inchoatua.
Unde iohis in epla sua. Perfecta caritas foras mittit timorem scilicet initialem. Ut
innuit quod licet non detur perfecta. est tamen caritas scilicet in timore initiali.
Seruile et mundanum timorem prohibet dicens. Nolite timere eos qui occidunt corpus. aute tamen non sunt quod faciant. Et per hec de initiali timore supponunt dicentes sed eum timete qui potest animam et corpus mittere in gehennam. Quem non precepisset nisi ineo caritas et si non detur perfecta esset. Et est notandum quod aliquando in diuina scriptura iste timor seruilis appellatur quia seruili est affinis. quia et ibi timore pene cessatur a malo et hic. Sed ille timor facit cessare a malo ope et non uoluntate iste et ab ope et uoluntate. Beda super parabolas dicit quod utique timor cessabit in futuro. Cui uidetur contrarium quod dicit psalmista. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Sed potest sic exponi quod dicit beda. Utique timor cessabit. idest utique effectus timoris. Effectus initialis timoris est time punire. effectus filialis time separari.
Unde aug. Timor castus quem amat non timet punire sed separari. Non enim perfecti timent punire gehennali pena. sed separari in presenti ualde culpam. Infuturo autem nec separari nec punire timebit. Et tamen ibi erit timor scilicet reuerencia. Duo enim in ipso deo attendit maiestatem et pietatem. Ex magestate reuerencia. ex pietate dilectio. Itaque maiestatem timebitur idest ei cum reuerencia subditi erunt. Verum in apo fuerit initialis timor.

Solet queri utrum in x utique timor fuerit. Quod filialis
ideo fuit quia stat reuerencia enim deo exhibebat. secundum humanitatem. Initialis ut quidam dicunt non fuit ideo. de illo quippe iohis dicit